



**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

42. De alienatione iudicij mutandi causa facta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

segg. Mascard. de probat. concl. 960. num. 17. cum seqq. & concl. 1058. a. n. 17. & concl. 1273. n. 6. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo, vel adversarij dolo, n. 18. Gutierrez. pract. lib. 3. q. 17. n. 17. Flamin. de resignat. tom. 2. lib. 1. 1. q. 4. n. 56. Azencel. l. 1. a. num. 3. 1. tit. 18. lib. 4. noue recopil. Ioan. Garc. de nobilit. gloss. 6. s. 1. n. 5. 1. cum seq. Flores de Mena. ver. lib. 1. q. 5. n. 6. Bernard. Graez. ad pract. cam. Camera Imper. lib. 1. concl. 143. num. 1. cum seq. Quid si procurator non appellauit, vide Cald. Pereira d. l. si curatorem, verbo, sua facultate num. 35. Et an minori currat tempus decem dierum ad appellandum, vide eundem Cald. Pereira de resolut. emphyt. c. 14. num. 21. cum seq. Aduertendum duxi cum Bartol. in l. Praeses, n. 6. C. de appellat. quod quando minor appellauit, & non est prosequutus, ista lesio contingit coram iudice ad quem coram quo debebat prosequutio fieri; si vero minor non appellasset, & vellet restitui ad appellandum, tunc ista lesio contingit coram iudice a quo, quia coram eo debebat appellare, vnde coram ipso restitutionem petere debet, de qua doctrina Bartoli vide Gregor. l. 1. verbo, de ante, tit. 16. p. 3. Aufrer. ad Capell. decif. 391. Bellacomb. & Villalob. tom. 1. comm. opin. lib. 2. tit. 2. n. 1. & 2. pag. 341. Rebus. tom. 2. ad leges Gallie, tract. de restit. in praes. n. 16. Sfort. de integritate restit. p. 2. q. 71. art. 1. n. 30. Ioan. Garc. d. num. 51. Cald. Pereira d. verbo, implorandum, n. 17.



De Alienatione iudicij mutandi causa facta.

TIT. XLII.



VPER hanc rubr. scripserunt Zabari. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panormit. Butr. Guillelm. Durand. in breuiario aureo iuris Canonici, fol. 43. Petr. de Rauenna in compend. iuris Canon. Martin. Mesnart. in epitome Decret. fol. 46. Dan. Venator in analysi methodica iuris Pontif. a pag. 149. Goffred. & Host. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Anast. Germ. in paratitulis ad quatuor libros Decretalium, Barth. Carthag. in exposit. tit. iuris Canon. nonissime Ioan. Honor. lib. 1. summ. in decret. omnes sub hoc tit.

De materia huius tit. vide Adrian. Puluar. ad edictum super hunc tit. Donel. comment. iuris Civilis, lib. 20. c. 3. Cujas lib. 17. obseru. 6. Guillelm. Durand. in speculo iuris lib. 4. sub hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 Rescriptis vigore impetrati contra alienantem conueniuntur is, in quem facta est alienatio rei causa mutandi iudicij.
- 2 Alienans in fraudem causa iudicij mutandi tenetur actione in factum ad interesse, & damna.
- 3 Alienans rem causa iudicij mutandi, & eam recuperans ante litem motam, non incidit in edictum tit. de alienatione, & c. idem in alienante rem, quam nondum tradidit, n. 4. & quando agitur actione personali, n. 5.
- 4 Calliditas in dubio non presumitur.

CAP. Ex quorundam. I. Alex. III.

Commissionis literas aliquo impetrante a Papa, si aduersarius malitiose ad literas illudendas appellat, vel transfert in alterum possessionem rei, de qua controuertitur, & el malitiose se absentat, tunc iudex debet cogere eos, qui ingesserunt se in possessionem, vt cessante appellatione pareat equitati iuris. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabari. Innoc. Bellam. Io. Andr. Imol. Anan. Anchar. Henric. Panorm. Bald. Host. Mant. Viuian. in ration. primi libri iur. Pontif. pag. 554. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 194. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. referunt ab Anton. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 32. c. 1. & est post Concil. Lateran. sub Alex. p. 49. c. 5.

Commutationem fecerint. Propter quam alienans in fraudem causa iudicij mutandi incidit in edictum huius tituli, & tenetur actione in factum ad interesse & damna, eo quod duriorum aduersarium constituerit, l. 1. aqua 3. §. per. ff. hoc tit. l. vni. C. de. Donel. comment. iuris Civilis, lib. 20. c. 3. col. 1.

Primo limita in alienante, qui iterum alienatum recuperat ante litem motam, l. ex hoc, §. vlt. & l. seqq. ff. hoc tit. l. 1. in l. vlt. n. 135. C. de iure emphyt. Tiraq. de retractu lig. 8. 1. gloss. 9. n. 12.

Secundo limita in alienante rem, quam nondum tradidit, vt per Cald. Pereira de resolut. emphyt. c. 5. n. 38. vbi etiam quando iterum receperit.

Tertio limita quando agitur actione personali, quia hic titulus procedit in actione reali, Surd. decif. 172. n. 2. tunc enim prius agendum erit rescissoria, seu reuocatoria, ex Surd. decif. 156. n. 7.

Calliditatem. Quae requiritur vt actio ex hoc edicto locum habeat, cessat enim data bona fide, l. nam essi §. alienare, ff. hoc tit. In dubio autem calliditas non praesumitur, sed saltem ex coniecturis probanda est, l. dolum, C. de dolo, l. si dolo, C. de rescind. vendit. Tiraq. de retractu lig. 8. 26. gloss. 1. n. 3. c. Praesumitur vero quando paulo ante motam litem fuit facta alienatio, ex Surd. decif. 26. n. 87.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus causa mutandi iudicium non debet recipere cessionem a laico.
- 2 Cessio actionis, seu litis facta clerico per laicum non valet tanquam simulate concepta.
- 3 Clericus ratione fori potentior dicitur, eo casu, quo iurisdictionis privilegio laicum coercere potest.
- 4 Potentior ille dicitur, qui ratione officij, quod gerit, vel privilegij, potest vel minari, vel alios vexare.
- 5 Diuitiae reddunt quem potentiores.
- 6 Verbum, afficiant, ferendam sententiam significat.
- 7 Cessio facta per laicum clerico praesumitur in dubio fraudulenta.

CAP. Ex parte. II. Greg. IX.

Clerici sub censuris prohibendi sunt ne accipiant, vel emant quaestiones, & causas secularium, vt trahant secularia ad forum Ecclesiae. Item cessiones, & emptiones litium legitime prohibentur in iure. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Host. Anchar. Henric. Boich. Butr. Mant. Viuian. in ration. primi libri iur. Pontif. pag. 555. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 194. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. Probat

- 3 Probat hic text. cessionem actionum, seu litis fa-
cto clerico per laicum non valere tanquam simulatè
concepam, Barth. in l. 1. in fin. ff. hoc tit. Specul. in tit.
de cession. action. §. 1. col. 2. vers. verum si actio, Nat. conf.
474. n. 49. vol. 2. & conf. §. 30. n. 11. vol. 3. Roland. conf. 36.
a n. 27. ad fin. vol. 2. quos refert & sequitur Bellet. dis-
quisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina cleric. §. 2. n. 24. vbi
n. 29 limitat, si cessio fuit facta per laicum clerico
vbi coniuncta personae, nam clericus ratione fori
potentior dicitur, eo scilicet casu, quo iurisdictionis
privilegio laicum coercere potest, vide Xuar. al-
leg. 19 vbi Valdes. Rebuff. tom. 2. ad leges Gallie, tit.
de cessione actionum, art. 1. gloss. 8. in fine, Mascard. de
probat. concl. §. 8. n. 21. Menoch. conf. 38. n. 48. Marien-
f. l. 11 gloss. §. n. 1. tit. 10. lib. 5. nona recap. Surd. decis. 22.
num. 19. vbi de cessione facta clerico confanguineo,
Alex. Trentacinq. var. res. lib. 2. tit. de postulando, resol. 2.
n. 4. D. Barbof. in l. 1. p. 7. n. 49. ff. soluto matrim. Cald. Pe-
reira de potestate nominandi, c. 1. n. 11. Modern. de iu-
risdict. p. 4. cent. 1. casu 35. n. 22. & casu 91.
- 4 Potentiorum.] Potentior ille dicitur, qui ratione
officii, quod gerit, potest vel minari, vel alios vexa-
re, vide Menoch. conf. 28. n. 31. & conf. 38. n. 47. & lib. 3.
de pres. pres. 129. n. 37. Vel ratione privilegij, vt in
scholari, Rebuff. de privilegiis scholarum, privul. 115.
Alex. Trentacinq. d. resol. 2. n. 10. Adrian. Pulna. ad
editum huius tit. c. 13. D. Barbof. d. p. 7. n. 46. & 48.
nisi pater sit, qui filio suo etiam spurio scholari cede-
re potest, vt ex Rebuff. resoluit Cald. Pereira de em-
ptione, c. 24. n. 60. Diuitias reddere quem potentiorum,
tenent Rebuff. d. art. 1. gloss. 5. post princ. Cald. Pereira de
potestate nominandi, c. 1. n. 7. vbi n. 8. dicit quod nobi-
litas potentiores homines facit.
- 6 In gloss. Afficiant, ibi, per sententiam, non ipso iure.
Vide Tiraq. in l. si unquam, verbo, reueratur, n. 39.
- 7 In gloss. A presumptione, ibi, presumitur nihilomi-
ni in fraudem facta. Notatur ad hoc quod in dubio
cessio facta per laicum clerico presumitur fraudu-
lenta, Bald. tom. 2. commun. opinion. lib. 8. tit. 29. num. 10.
pag. 327. quod non procedit in clerico simplici, vt
per Mascard. concl. §. 8. n. 21. An verò subiciatur poe-
nis, vide Tiraq. de nobilit. cap. 37. n. 105. D. Barbof. d.
p. 7. n. 49.



De Arbitris.

Tit. XLIII.

SUMMARIUM.

- 1 Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.
- 2 Arbitrorum materiam qui tractant, citantur.
- 3 Arbitri in multiplici reperiuntur differentia.
- 4 Arbitrium accipitur pro libera rei propria disposi-
tione.
- 5 Arbitr nonnunquam accipitur pro ipso rei sua domi-
no, & moderatore, interdum pro iudice ordina-
rio, aliquando pro delegato.
- 6 Arbitri omnes, qui a partibus eliguntur, in duplici
reperiuntur discrimine, quidam eliguntur præce-
dente iuris coactione, alij ex mera partium conven-
tione, & libera voluntate.
- 7 Arbitri iuris dicuntur electi precedente iuris co-
actione.
- 8 Arbitri compromissarii eliguntur ex mera conventio-
ne, & libera voluntate partium.
- 9 Arbitri compromissarii illi sunt qui a partibus eli-
guntur, vt servato iuris ordine litem dirimant.

Tom. I.

- 10 Arbitri arbitratores dicuntur illi qui a partibus qui-
dem eliguntur, vt de facto procedentes non serva-
to iuris ordine rem amicabilem componant.
- 11 Hac rubr. & alia similis in Sexto Decretal. qua sim-
pliciter concipitur de arbitris, in quo differat ab
illa ff. & C. de receptis arbitr. ostenditur.
- 12 Arbitr compromissarius est ille qui recipit, & reci-
piuntur ex omnino libera partium promissione ad li-
tem dirimendam.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabari.
Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Pa-
normit. Bald. Burr. Mantua, Anchar.
Ioan. de Londris in breuario sanctorum
Canonum, fol. 166. Guillelm. Durand. in
breuario aureo iuris Canon. fol. 44. verso, Petr. de Ra-
uenna in compend. iuris Canon. Martin. Mefhart. in
epitome Decret. fol. 46. Dan. Venaxor in analysi me-
thodica iuris Pontif. pag. 152. Goffred. & Host. in
summa huius tit. Alexand. Cassan. & Anast. Germon.
in paratitulis ad quinque libros Decretal. Lancel. in instr.
Canon. Canis. in sum. iuris Canon. Cafarel. in erotem eius-
dem iuris, Barth. Carthag. in exposit. tit. iuris Canon.
nonissimè Ioan. Honor. lib. 1. summ. in Decret. omnes
super hac rubr.

De materia huius tit. integrum tractatum edidit
Lanfranc. de Orzano tom. 1. tract. Doct. p. 1. fol. 206. &
de arbitris, & arbitratoribus, Petr. Iacob. à Monte-
pessulano, & Baptif. de S. Blasio tom. 3. tr. Doct. p. 1.
& de arbitris & compromissis Ioan. Baptista Perusini.
tom. 3. tr. p. 1. fol. 224. vide Guillelm. Durand. in speculo
iuris, lib. 1. sub tit. de arbitro, & arbitratore, & l. 4. sub
hoc tit. Rebuff. tom. 3. ad leges Gallie, tract. de arbitris,
Maranta de ordine iudiciorum, p. 4. dist. 14. Bellacomb.
Soar. Viu & alij tom. 1. com. opin. lib. 2. tit. 26. pag. 346.
Donel. com. iuris Civilis, lib. 14. c. 10. Molina de iustit.
tract. 4. disp. 50. Card. Tusch. lit. A. concl. 448. cum seqq.
Camil. Borrel. in tract. de compromissis, & in summa de-
cis. tit. 63. de compromissis. Trentacinq. var. resol. 1. 2. tit. de
arbitr. Rendin. in prompt. recept. sent. tit. 5.

Arbitris.] Arbitri in multiplici reperiuntur diffe-
rentia, vt per gloss. verbo imperare, n. l. pen. ff. de recept.
arbitr. gloss. pen. in l. societatem 77. §. arbitrorum, ff. pro
socio, post alios l. in §. omnium n. 16. Instit. de actionib.
Baptif. de arbitr. lib. 1. c. 2. Rebuff. tom. 3. ad leges Gallie,
rub. hoc tit. art. 1. gloss. 3. in princ. Menoch. de arbitr. q. 1.
Aliquando enim arbitrium accipitur pro libera rei
propria dispositione, l. in re mandata 21. C. mandati, l.
sed etsi 28. §. consulat. ff. de pet. hered. siue per actus in-
ter viuos, vt in iuribus modò citatis, siue per vltimas
voluntates, l. 1. Cod. de sacros. Eccles. l. 2. ibi, sibi fieri
vult. ff. de testament. l. in conditionibus 19. ff. de con-
dition. & demonstr. sicut & arbitri accipitur pro ipso
rei suae domino, & moderatore d. l. in re mandata; in-
terdum pro iudice ordinario, l. quod enim 81. ff. pro
socio, melior text. in l. quisquis 6. in princ. vbi gloss. ver-
bo arbitros, C. de postulando. Nonnunquam pro delega-
to, cap. suspensionis causam 39. de offic. deleg. cap. cum spe-
cialis 61. in princ. de appellat. c. ab arbitris 11. de offic. de-
leg. lib. 6. l. vlt. vbi gloss. verbi arbitri, C. de iudic. Ali-
quando compromissarius arbitri a partibus electus
dicitur, c. 1. hoc tit. c. vlt. in fin. de re iud. l. 3. §. 1. & per
tot. ff. de recept. arb.

Sed arbitri omnes, qui a partibus eliguntur in duplici
reperiuntur discrimine; quidam enim eliguntur præcedē-
te iuris coactione, alij ex mera partium conventionione, &
libera voluntate. Priores dicuntur arbitri iuris, c. 2. de
appel. l. 6. d. c. cum speciali, d. l. vlt. Posteriores verò co-
promissarii nuncupantur, de his agitur in d. c. in d. c. vlt.